

quiunt) illa certamina non sunt λογωμαχία, aut de verbis inanēs & non necessaria disceptationes: quales oriri solent, cum altera pars alterius sententiam non satis affecuta est: ut quibusdam fortasse in hoc religionis negotio res habere videntur, qui existimant, disputari tantum de paucis quibusdam vocabulis, quæ nullius pene, aut certe non magni, sint momenti. SED RES GRAVISSIMÆ SUNT, DE QUIBUS CONTROVERTITUR, ET PRORSUS TALES, UT ILLIUS PARTIS, QUÆ A VERO ABERRAT, SENTENTIA IN ECCLESIA DEI NEC POSSIT, NEC DEBEAT FERRI, NEDUM EXCUSARI AUT DEFENDI. FIDES juxta quosdam horum est ipse DEUS, juxta alios, ipsa Theologia. Indifferentistæ fidem implicitam jactitant, den un-specificirten Glauben / da man gerne alle Wahrheit glaubet / als welcher das einige Mittel sey Friede zu stifften. Aliis sordent tres fidei partes, notitia, assensus & fiducia. Quo nomine ipsam in mera unione consistere clamitant. Effectus fidei charitas, apud Pontificios, Socinianos, Arminianos, Enthusiastas, est ipsa fidei forma. Quare non mirum videri debet, Petrum Pertium, Professore Leidensem, Remonstrantium partibus addictum, in causa Barnefeldina tempore Colloquii Durlaceni exauctoratum, ad Pontificiorum castra transisse. Prima quippe mater hujus transitus fuerat ambitio. Causabatur deinde, ex doctrina Contra-Remonstrantium de fide tria porismata erronea, falsa & absurda necessario effluere: & primo quidem inde sequi, quod omnium Christianorum una numero eademque sit justitia, quia Christus sit unus; deinde, quod omnes Christiani tam sint justii, quam sit ipse Christus; tandem, quod iidem in hoc seculo sint justiores, quam futuri sint in altera vita, eo, quod hic omnes Christi habeant justitiam, illic singuli suam, eamque duntaxat inhæsiuam, sint habituri. Adeo periculosum est, doctrinam de fide sinistre imbibisse; hinc nimirum ex errore in errorem facilis datur prolapsio. Sed hæc obiter & perfunctorie.

G.

Gelassenheit / itidem tectorium falsæ & spurix fidei est in

C 3

coeti-